

**Eu** q uia cultrum habes. **con** coquum decet. **Eu** quid cominatus  
mibi. **con** istud malefactum arbitror quia non latui fodi  
**Eu** homo nullus est te scelestior qui uiuat hodie  
neque cui ego de industria amplius male plus libens faxim  
**con** pol & si taceas palam id quidem est res ipa testis est  
ista tustibus sum molior magis miser quam ullus cynedus  
**Eu** sed tibi quid nos mendice homo tactus est. quae res  
**Eu** etiam rogitas. an quia minusquam aequum erat feci  
**con** sine at hercle cum malo tuo magno si hoc caput sentiet  
**Eu** sed in edibus quid tibi meis nam erat negotij.  
me absente. nisi ego iusseram uolo ego scire. **con** tace ergo  
quia uenimus coctum ad nuptias. **Eu** quid tu malum curas  
verum crudum an coctum edam. si tu mihi es tutor.  
**con** uolo scire sinas an non sinas non coquere hic coenam  
**Eu** uolo scire ego item meae domi mea salua futura  
**con** uenturam mea mihi non auferam quae adtuli salua  
**Eu** me haud penitet tua ne expetam. **con** scio ne doce noui  
quid est. quia prohibes nunc gratia. nos coquere hic coenam.  
quid fecimus. quid diximus tibi secus quam uelles.  
**Eu** etiam rogitas scelestus homo gangulos omnis  
mearum edium & conclauium mihi peruios factis  
id ubi tibi erat negotium ad focum si adesses  
non fixile hercle caput merito id est factum est  
A deo ut tu meam sententiam iam noscere possis  
si ad ianuam huc accesseris nisi iussero propius  
Ergo te faciam miserimus mortalis uisus  
scilicet iam meam sententiam quo abis. redi tunc sum  
**con** ista bene me amet lauerna te iam nisi reddi  
mihi uasa iubes pipulo hic differam ante edes  
quid ego nunc agam. ne edepol ueni huc auspicio malo.  
nummo sum conductus plus iam medio mercede opus est.

## EVCLIO. CONGRIO.

**H**oc quidem hercle quoquo ibim tecum erit. mecum fetam  
neque istud in tantis periculis unquam committam ut fiet.  
iste sane nunc iam intro omnes & coqui & tibicinat  
etiam introduce si uis uel gregem uenaliu.